

*cui reclamans D. Augustinus, perniciosius esse, inquit, rebaptizari, quàm omninò non baptizari. de bapt. cont. Donat. l. 2. c. 14.*

---

Q U A E S T I O II.

An, & qualis sit Baptifimi necessitas.

53. De hac Quaestione mentem suam sic explicat Confessio: De Baptismo docent (Ecclesiae nostrae) quod sit necessarius ad salutem.

54. Neque enim Baptifimi usum, in genere rerum per se indifferentium, sed absolute esse necessitatis, ex gravissima illa Servatoris assertione colligitur, ubi inquit: Amen Amen, dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, fieri nequit, ut regnum caelorum ingrediatur. Ioh. 3, 5.

55. Deinde eandem necessitatem astruit mandatum Christi: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti. Matth. 28. 19.

Gen. 17.  
14.

56. Tùm quemadmodum à Circumcisione in veteri Testamento ita pependit salus populi Israelitici, ut cuius masculi caro non praecisa esset, ejus anima de populo suo extirparetur: ita pro-  
fectò